Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



fere

sit mittere et properet festinet et assumat sup nos lamentum / deducant
oculi nostri lacrimas et palpebre nre defluant aquis. qr vox lamentationis audita e de syon. Quomodo vastata sumus et confusi vehemenr
quia deliquimus terram qm destruxerunt tabnacula nra.
Audite ergo mulieres verbum dni et assumat aures vre sermones
oris eius. Et docete filias vras lamentum et vnaqq; proximam suam
planctum. Qa ascendit mors per fenestras nras. Ingressa est domos
nras. disperdat parvulos de foris. Juvenes de platheis. Loqre hec
dicit dns. Et cadet morsalium homo qi secrais sup faciem regionis
et quasi fenum post tergum metentis et non e qui colligat. hec dicit
dns. Non gloriet sapiens in sapia sua et non gloriet fortis in
fortitudine sua. et non gloriet divites in divitiis suis. sed in hoc
gloriet qui gloriat scire et nosse me. qr ego sum dns qui facio
misericordiam et judicium et justiciam in terra. hec enim placent mihi dicit dns.
Ecce dies venient dicit dns et visitabo super omnem qui circumcisum
habet preputium. super egiptum et super judam et super edom et
filios ammon et super moab et super omnes qui attonsi sunt in comma
habitantes in deserto. qr omnes gentes habent preputium. Omnis
autem domus israhel incircumcisi sunt corde. Audite c. x.

Audite verbum quod loquitur e dns super vos domus israhel
hec dicit dns. Juxta vias gentium nolite discere et a signis celi
nolite metuere. qm timent gentes. qr leges populorum vane sunt. qr
lignum de saltu pacit opus manuum artificis in asia. Argento
et auro decoravit illud. Clavis et malleis compegerunt ut non dissoluat
Sicut stimulum plasmne fabricata sunt et non loquentur. Portata tollentur
qr incedere non valent. Nolite ergo timere ea qr mala nec male possit
facere nec bene. Non est similis tui dne. magnus es tu et magnum
nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te o rex gentium.
Tuum est enim decus inter omnes sapientes gentium et in universis re-
gnis gentium nullus est similis tui. Pariter insipientes et stulti
probabuntur. Doctrina vanitatis eorum lignum e. Argentum inductum de
tharsis afferetur et aurum de ophir. Opus artificis et manus
aurifici. Jacinctus et purpura indumentum eorum. Opus artificum omnia
hec. Dns autem deus verus e. et ipse deus vivens et rex sem-